



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Distinctio quarta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. III.

quia peccare ex inclinacione fomitis est peccare ex infirmitate, sive ex passione. Contingit autem aliter peccare, quam ex infirmitate, scilicet ex ignorantia, vel ex electio-  
ne, sive ex malitia, ergo ablatio, vel alligatio fomitis non  
potest esse causa totius impeccabilitatis.

5. Item in angelis non est fomes, nec fuit in primis pa-  
rentibus pro statu innocentia, vel saltem fuit in eis ligatus. Et tamen tam angelii quam primi parentes peccau-  
runt: ergo carere fomite non potest esse sufficiens ratio,  
quare aliquis non possit peccare. Restat ergo inquirendū  
an beata Virgo fuerit per aliquam sanctificationē a deo  
concurrit in bono quod peccare non posset.

6. Et dicendum ad hoc q̄ confirmari in bono contin-  
git duplicitate, uno modo ex dono inharente. Alter modo  
ex diuino orbe coassente. Primo modo nullus purus  
viator confirmatur in bono adeo q̄ peccare non posset, sed  
soi beati. Cuius ratio est, quia existente possibili defectu  
in ratione possibile est voluntatem peccare in electione,  
quia electio voluntatis sequitur iudicium rationis. Ethoc  
fatis bene probatum fuit in 2. lib. d. 7. Sed in omni viato-  
re est possibilis aliquis defectus in ratione, vel defectus er-  
rors vel ignorantia, vel nescientia, vel saltē in considera-  
tionis. Ioli enim cōprehensorēs hāc habent ex hoc q̄ sem-  
per acutū vident quicquid ad eos pertinet: & ideo nō vide-  
tur q̄ aliquis purus viator possit per aliquod donum sibi  
inherēs sic confirmari in bono q̄ nō possit quandoq; pec-  
care peccato cōmissionis vel omissionis, nō enim appetet  
per quale donum possit viator habere quod semper consi-  
derer ea qua ad ipsum pertinere possunt.

7. Itē ille cuius liberum arbitriū est per donū inherēs  
sic confirmatus q̄ peccare nō potest, talis nō potest mereri  
abstinentia a peccatis, quia meritū est à lib. arb. flexibili  
ad virum, & ideo vbi lib. arb. est in vno confirmatū, sic  
quod nō est flexibile ad alterum ibi non est meritū quo  
ad illud, sicut etiam dictum de beatis quod nō merentur  
quantum ad illā, in quibus liberum arbitrium est in vno  
confirmatū. Et quia liberum arbitrium bonorū est in bo-  
no confirmatum, ideo nō merentur abstinentia a malis,  
si ergo purus viator possit cōfirmari in bono per aliquod  
donum inherēs taliter quod peccare non posset, seque-  
retur quod purus viator non possit mereri abstinentia a  
peccatis quod est contra rationem viatoris, cuius est pro-  
cedere in via per meritum. Propter quod cum beata Virgo  
fuerit pura creatura viatrix nō videtur quod hoc mo-  
do, scilicet per donū inherēs, fuerit per aliquam sanctifi-  
cationē confirmata sic ut peccare non posset.

8. Secundo autē modo credibile est beatā Virginē fuisse  
confirmatā in bono ex diuina prouidentia sib coexistē-  
te & præseruante eius liberū arbitriū ne inclinaretur ad  
malum, nō cogendo ipsum, sed iuuando & inclinando ip-  
sum ad bonū, quo existente ipsa non potuit peccare, sicut  
homo currēs nō potest non currere dum currit. Hoc au-  
tem adiutorium habuit beata Virgo per vtrāq; sanctifica-  
tionē, sed plenius & perfectius per secundam, & hoc  
persuaderet duplicitate. Primo sic, quia gloria filiorū sunt  
patres eorum, vt dicunt Prou. 17. Et econtrario ignomi-  
nia patrum redundat in filios propter quod si mater vit  
quam actualiter peccasset ignominia eius aliquo modo  
in filiū redādasset quod nō decuit. Secundo, quia sicut ipsa  
fuit media inter filiū qui est sanctus sanctoru & alios sanctos,  
ita decuit vt mediū gradum sanctitatis teneret: sed  
filius eius nullū peccatum cōtraxit originale, nec actuale  
cōmisiit, alī autē sancti & originales cōtraxerūt, & actuale  
commiserūt, ergo cōueniens fuit vt mater originale ha-  
beret sub Christo, sed præseruari debuit ab omni actuali  
super oēs alios sanctos iuxta dictū Anfel. in precedēribus  
allegatū, q̄ decuit vt illius hominis, id est, Christi con-  
ceptio ex purissima matre feret quā ea puritate niteret  
qua sub deo nequit maior intelligi.

9. Ad primum argumentum dicendum q̄ dubitatio  
qua sonat in infirmitate fidei peccati est, nec talis du-  
bitatio fuit in beata Virgine tempore passionis, sed remā-  
fit in ea fides firmissima. Fuit tamen in ea quād dubita-  
tio admirationis dum cōsiderabat eum quem tam dignē  
generat sic ignominiose pati.

10. Ad secundum dicendum quod Chrysostomus ex-  
cessit in verbis illis quanvis posuit exponi vt intelligatur

Quæstio I.

dominum cohibusse motu inanis glorie, non qui fue-  
rit in matre quoad ipsam, sed qui in ipsa esse ab aliis pote-  
rat extimari.

Sententia huius distinctionis, IIII.

in generali & speciali.

**Q** UAM vero incarnatione verbi. Superius ostēdit ma-  
gister quid & cuius conditionis fuerit aliumpū  
a ētō dei incarnatione. Hic determinat quo agēntē ior-  
matum fuerit illud quod assumptum est. Et dividitur in  
tres partes. Primo querit quare opus incarnationis spiri-  
tus fan. attributatur. Et solvit. Secundo cum Christus de spiri-  
tu fan. sit natus, quare nō dicitur filius spiritus sancti, si-  
cut natus de virginē dicitur filius virginis. Et solvit dans  
intelligētiū huius rationis, ostendens quomodo diver-  
simode dicitur aliquis filius & natus. Secunda ibi, Sed nō  
est in hoc diutius immorandū. Tertio querit cur eum na-  
tum profitearū cā Apost. dicit eum factū ibi, Sed querit  
solvit Cur nos solemus. Hęc est sententia &c.

**I**N Speciali sic procedit, & primo proponit quan-  
dam questionē, cā enim tota trinitas sit cooperata in in-  
carnatione, quare in scriptura opus incarnationis spiritus  
sancto attributur. Et respondeat q̄ hoc ideo sit nō quid  
spiritus fan. solus incarnationē fecerit, sed quia verbum dei  
factū est caro charitate ineffabilē ipsius dei quod donum  
spiritus sancto attributur, nec pro rāto pater & filius ab  
hoc operā excluduntur, sed uno nominato alias intellici-  
gitur, sicut & in aliis actibus essentialibus. In operationib;  
bus tamen nominalibus una persona aliā excludit. Postea  
querit cum Christus sit natus de spiritu sancto, Vtrum  
debeat dici filius spiritus sancti, ostēdit primo q̄ nō, quia  
si pater eum genuit secundū quod est verbum & spi. fan.  
secundū quod est homo compositū esset ex duabus na-  
tūris, s. diuina & humana, & secundū unam esset filius  
vniuersus, & secundū aliam filium alterius, quasi spiritus san-  
ctus esset matri pro viro, quod aures humanae non susti-  
nente. In contraria obicitur quare non dicitur Christus fi-  
lius spir. sancti, sicut dicitur filius virginis, cum de vtrōq;  
sit natus. Et respondeat q̄ Christus natus est de virginē, tan-  
quam de matre, sed de spiritu sancto natus est nō tantū de  
patre, nō enim omne natū de aliquo est filius eius. Nam  
vermes nascuntur de homine, nec sunt eius filii. Et qui ba-  
ptizantur nascuntur ex aqua & spiritu sancto, nec dicun-  
tur filii aquae, sed ecclēsiae. E contrario non oēs qui dicuntur  
filii alii sunt ab eo nati, vt illi qui adoptātur. Et ideo  
nō oportet q̄ dicatur Christus filius spiritus sancti, quan-  
uis ab eo sit natus per appropriationē, vt dictū est. Tunc  
querit quare Apost. dicit, Christum factū hominem, cum  
verē natū sit de matre, & de spiritu sancto. Et respondeat  
q̄ hoc dicit Apost. ad insinuādū modum generationis  
Christi, scilicet ex spiritu sancto, qui nō est natus ex eius  
substanciali, sed ex potestate spiritus sancti formata est illa-  
cero, & verbo vniuersi.

QVÆSTIO PRIMA.

Vtrum Christus debeat dici filius spiritus sancti.

Thom. 3. q. 32. ar. 3.

**C**ura distinctionē istam primo querit, vtrum Christus  
debeat dici filius spiritus sancti. Et videtur quod sic  
quia ille de quo actiū alius est conceptus & genitus  
dicitur pater eius, sed Christus secundum humanitatem  
fuit de spiritu sancto conceptus, vt pater ex Symbolo Apo-  
stolorum fuit etiam ab eo genitus, sicut dicit glo. Mat. 2.,  
quod Deus de Sarra genuit filium, & multo magis genuit  
Christum de Maria spiritus sanctus: ergo spiritus sanctus  
potest dici pater Christi, & Christus filius sp̄i-  
ritus sancti.

**2.** Item secundum Philos. lib. 3. de generatione anima-  
lium, pater est principiū actiū in generatione, mater  
vero ministrat materialē solum. Sed beata Virgo dicitur  
fuisse mater Christi proprieatatem quā ministravit;  
ergo spiritus sanctus dici potest pater eius, quia fuit princi-  
pium actiū eius conceptionis.

**3.** IN CONTRARIUM est quod dicit B. Aug. in  
Enchir. 24. cap. q̄ Christus natus est de spiritu sancto, nō  
sicut de patre. Sicut autem de illa, scilicet beata Virgine, si-  
cuit de matre. Et arguitur per rationem, quia genera-

EE 4. 139

### Magistri Durandi de

gio est opus naturæ. Sed conceptio Christi non est facta à Spiritu sancto per naturam sed per beneficium voluntatis. ergo Christus non debuit dici genitus à Spiritu sancto, nec per consequens filius.

**R E S P O N S I O.** Nomen Filii nō dicitur tantum modo, sed multipliciter, scilicet de Filio per generationem, & de Filio per creationem & adoptionem. De his autem nō dicitur uniuscœ, sed analogice, hoc est, secundum prius & posterius, scilicet secundum quid, & simpliciter, per prius enim & simpliciter dicitur aliquis filius per generationem: posterius autem & secundum quid secundum creationem & adoptionem. Dicendum ergo q̄ Christus non potest dici Filius spiritus sancti absolute: potest tamen dicari filius cum determinatione nō simple, sed dupia. Prima patet sic, quando aliquid nomen dicitur de pluribus, nō ex aequo, sed secundum prius & posterius, si per se sumatur, teneatur pro illo de quo per prius dicitur, & hoc vel ex vi nominis, vel saltē ex viu loquendi, sed filiatione dicitur de filiatione per generationem & creationem, & adoptionem sed non ex aequo, sed per prius, & simpliciter de filiatione que est per generationem, de filiatione autem que est per creationem & adoptionem, per posterius, & secundum quid, quum aliquis absolute dicitur filius, intelligitur per generationem, sed hoc modo non potest dici Christus Filius spiritus sancti, ergo Christus non potest dici filius eius absolute & sine determinatione. Quod autem Christus nō possit dici Filius spiritus sancti per generationem, pater, quia Filius procedit a Patre modo naturæ, ut dictum fuit in primo libro, sed Christus nō procedit a spiritu sancto modo naturæ, nec in similitudinem naturæ, ergo non est filius eius per generationem. Probatio minoris, quia in Christo non est nisi duplex natura, scilicet diuina & humana: secundum autem diuinam naturam non procedit a spiritu sancto, sed a solo Patre, secundum humanam autem procedit ab eo, sed non actione naturæ, nec modo naturæ, sed actione voluntatis, nec in similitudinem naturæ, ut de se pater, ergo &c.

**5.** Secundum pater, scilicet q̄ Christus posit dici filius spiritus sancti cū determinatione non simple, sed dupla: ita ut vna sit à parte subiecti, altera à parte praedictar, ut dicendo q̄ Christus in quantum homo, est filius spiritus sancti per creationem, vel adoptionem, & de filio per creationem pater sic, Creatio est productio alius, nullo presupposito: sed Christus secundum quid homo est producens a spiritu sancto, nullo presupposito in eo, in quantum homo quanvis presupposita sit in eo persona subiectis in natura diuina, ergo Christus secundum quid homo, potest dici filius spiritus sancti per creationem, nō autem nisi ex parte subiecti ponatur illa determinatio, secundum q̄ homo, quia Christus nō est secundum se totū de nihilo, sed solum quoad humanam naturam.

**6.** De filio autem per adoptionem patet idem, quia adiutor facit de eo qui non est filius per naturam, vel naturalem generationem, filium per gratiam: Christus autem secundum q̄ homo, non est filius spiritus sancti per generationem, ut probat eti supra, & habet secundum humanam naturam, gratiam a spiritu sancto, per quam fit adoptio filiorum dei, ergo Christus secundum quid homo potest dici filius spiritus sancti per adoptionem. Nō magis tamen potest dici spiritus sanctus pater Christi predictis modis, q̄ pater in diuinis, vel tota trinitate ad reincipiatur, quia opus creationis, & infusio gratiae sunt indistincte à tota trinitate, & à qualibet persona: secundum rationem tamen magis dicitur hoc de spiritu sancto, quia opus incarnationis specialiter spiritui sancto attribuitur, sicut dona gratiae ei attributur. Inter dona autem gratiae illud videtur esse potissimum. Aug. autem negat Christum esse filium spiritus sancti per creationem, vel adoptionem, nō quin possit intelligi cū predictis determinationibus. Multa enim verificantur de aliquo termino adiuncta determinatione, quae negantur de eo absolute. Equivocationes enim & analogie terminantur per adiuncta, sed qui predicta verba praetabant simplicibus occasionē erroris Ariani & Nestori, quorum primus, scilicet Arianus dicit Christum esse purā creaturam: ideo noluit Aug. dicere Christum esse filium per creationem. Alius autem, scilicet Nestorius posuit in Christo duas personas, & unionem eārū esse solum per gratiam addi-

### Sancto Porciiano

ptionis, propter quod noluit beatus Augustus dicere Christum esse filium adoptiuum.

**7.** Ad argumenta dicendum ad primum quod ille, qui actiue de aliquo concipitur & gigatur, est filius eius, si hoc fiat modo nature: hoc autem nō fuit in concepcione Christi, quia illas actiones nō fecit spiritus sanctus, mediante lemnis ex se deciso, quod pertinet ad ordinem naturalis generationis, sed quasi artifex operando in exteriorem naturam. Propter quod nec propriè dicitur genitus de spiritu sancto, cum secundum Damasc. generare sit ex sua subtilitate producere alium. Glosa autem illa sic expoundenda est, genuit, id est, fecit quod nascetur.

**8.** Ad secundum dicendum q̄ Christus conceptus est de virgine ministrante materiam naturalē, quod solum pertinet ad matrem, & natus est ex ea in similitudinem naturæ. Et ideo dicitur vera mater eius. Sed actio spiritus sancti nō fuit actio naturæ, nec modo naturæ, nec productus est in similitudinem naturæ cū spiritu sancto, sicut & homo producitur ex patre suo: & ideo Christus nō debet dici filius spiritus sancti absolute loquendo, licet posuit dici filius eius, cum predictis determinationibus.

### Q V A E S T I O S E C U N D A.

Vtrum Virgo beata possit dici mater Dei.

Thom. 3. q. 35. a. 3. c. 4.

**S**ecundo queritur, vtrum beata Virgo possit dici mater Dei. Et videtur q̄ nō, quia magis debet concedi illud quod est verum per se, q̄ illud quod est verum per accidentem, sed in hoc nomine Christus importatur natura humana, quam à matre accepit, non autem in hoc nomine Deus: ergo magis debet dici mater Christi, q̄ mater dei, sed nō dicitur mater Christi per Damasc. lib. 3. cap. 12. vbi dicit sic, Christi theocon. i. Christi matrē virginem nō dicitur, ergo fortiori ratione non debet dici mater dei.

**9.** Item beata Virgo nō est mater Christi, nisi secundum id quod Christus ab ea accepit, sed nō accepit ab ea diuinitatem, secundum quam ēt Deus, sed humanitatem secundum quam est homo, ergo non debet dici mater dei, licet possit dici mater hominis.

**10.** IN CONTRARIUM est Damasc. lib. cap. 12. vbi dicit theocon, id est, dei genitricem verē & principalem praedicamus virginē. Et Cirilus in capitulus ap̄ probatis in Ephesina synodo dicit, Si quis no confiteatur deum esse secundum veritatem Emanuel, & propter hoc dei genitricem sanctā virginem (genitū enim carnaliter carū nem factam ex deo verbum) anathema sit.

**4.** **R E S P O N S I O.** Ita questionis nō est de re, sed de modo loquendi. Supponimus enim in una persona Christi fuisse duas naturas perfectas diuinam scilicet & humānā, quo supposito quartus qualiter sit loquendū in hac materia. Et quia fides est de re, nō de verbis nisi quatenus significat res. Ideo tenens veritatem incarnationis dato q̄ erraret in verbis nō erraret in fide, sed erraret in grammatica vel logica, quarū est considerare congruitatem orationis, & veritatem, & proprietatem locutionis.

**5.** Dicitur ergo sic communiter q̄ ista est vera & propria locutio beatae Virgo est mater dei. Cuius ratio assignatur talis quod due naturae vniuersit in uno supposito eodem vna predicator de alia in concreto. Et proprietates vnu de altera concretiū lumperit, sicut dicimus q̄ album est mulcium, & mulcium album, & album disperat & mulcium disgregat pro eo q̄ in eodem supposito sunt albedo & mulcita. In Christo autem coniunguntur deitas & humanitas in unitate suppositi, ergo verū est dicere concretiū q̄ Deus est homo, & homo est deus. Cum igitur beata Virgo fuerit vera mater illius hominis scilicet Christi sequitur q̄ possit vere dici quod sit mater dei.

**6.** Item homo nihil aliud dicit nisi suppositum habens humanitatem, sed Deus nominat suppositum quod verē habet humanitatem quoad suppositum filii, ergo verē & propriè potest dici quod Deus est homo, & sic idem quod prius.

**7.** Item proprietates humanæ naturæ verē & propriè predicator de deo, dicendo q̄ deus est passus & mortuus, ergo fortiori ratione ipsa natura humana potest de deo predicari dicendo deus est homo.

8 Ad

### Lib. III. Distinctio. IIII.

8 Ad id est quod dicit Aug. quod talis fuit vno illa que Deum faceret hominem, & hominem Deum. Et ita sicut beata virgo potest dici mater hominis ita mater Dei.

9 Veruntamen sicut dictum fuit prius. i. dicit quod. qui vult omnino proprietatem nominibus debet eis utrum prout sunt ad significandum imposita. Hoc autem prout videmus in creaturis in quibus videmus plures naturae substantiales, & complete, constituant plura supposita, & nunquam unum, & qualiter concretum sumptum praedicantur de suo supposito, & eis ipsiunum suppositum, ibi autem plures naturae complete, eocurrunt in unum suppositum miraculose (vir opere incarnationis) ibi non potest seruari ranta proprietas locutionis sicut in aliis, unde quia si Deus est homo sit vera & propria modis quibus dictum est, etamen haec est magis propria Sortes est homo. Et vniuersaliter omnia illa propositio in qua concretum praedicatur natura humana de supposito creatur.

10 Quod patet sic, cum propositio affirmativa sit vera & propria ex identitate praedicari cum subiecto ubi est maior identitas ibi est maior veritas & proprietas. Sed dicendo Petrus est homo ibi est maior identitas praedicari cum subiecto quam dicendo Deus est homo, et probatur, ergo ibi est maior veritas, & minor proprietas. Probatio minoris quia dicendo Petrus est homo ibi est identitas per se praedicari cum subiecto. Et enim in primo modo dicendi per se, nec Petrus manens potest non esse homo. Cum autem dicitur Petrus est homo ibi non est identitas per se praedicari cum subiecto. Ita non est in primo modo dicendi per se Deus est homo, quia Deus manens Deus potest non esse homo, ergo maior est identitas praedicari cum subiecto in illa Petrus est homo, quam in ita, Deus est homo, & haec fuit minor, sequitur ergo conclusio.

Item cum dicitur Petrus est homo suppositum Petri non constituitur per aliam naturam quam per illam que importatur formaliter nomine hominis. Sed cum dicitur Deus est homo. Suppositum diuinum constituitur per aliam naturam magis quam per illam que importatur formaliter nomine hominis, ergo de virute locutionis major identitas est inter praedictum & subiectum. Cum dicitur Petrus est homo quam cum dicitur Deus est homo, & per consequens major proprietas.

11 Item nomen de quoque praedicatori omnino proprie praedicatur in quid cum non sit denominativum, sed homo non potest proprium praedicari de Deo quid, ergo ista non est omnino propria Deus est homo, minor probatur quia illud non praedicitur proprium de aliquo in quid quod non proprium respondetur ad interrogacionem factam per quid sed ad interrogacionem factam quid est Deus non proprium respondeatur homo, quia quid querit de essentia, sicut quale de qualitate, & quantitate de quantitate. Eadem autem essentia non importatur per haec nomina Deus & Homo licet sit idem suppositum habens utramque essentiam, quare, &c.

12 Item proprietas praedicationis denominativum non stat cum omnimodo proprietate praedicationis in quid, nec ergo econverso, unde non proprium dicitur Sortes est humanatus, quia proprium dicitur Sortes est homo. Sed secundum Dam., lib. ista est propria Deus est humanatus, ergo ista non est omnino propria Deus est homo. Et confirmatur hoc, quia si Deus auctumplisset naturam carnis inanis, ista esset magis propria Deus est incarnatus, & illa Deus est caro, ergo similiter in proposito haec est magis propria Deus est humanatus quam illa Deus est homo.

13 Item diuina naturae existentes in eodem supposito non praedicanter omnino proprium de se inueniuntur, nisi utraq. vel saltu altera sumatur denominativum, utraq. ut dicendo album est musici, vel altera, ut Sortes est albus. Et causa est, quia duae naturae in eodem supposito aliquo modo se habent, ut partes totius subiecti, pars autem non praedicatur omnino proprium de toto, vel de aliqua parte, nisi denominativum. Cum igitur diuina natura & humana in Christo sint aliquo modo partes vnius suppositi subsistentes in utraq. natura. Unde Dam. dicit personam verbi post incarnationem composta. Videtur quod una non possit praedicari de altera omnino proprium, nisi utraq. vel saltu altera denominativum sumatur, ut dicendo, Deus est humanatus, vel aliquid huiusmodi: dicendo autem deus est homo, vel homo est deus, neutra denominativum sumatur, quanquam utraq. concreta

### Quæstio II.

228  
tiue sumatur. Non enim est idem concretum & denominativum, ut statim parebit, ergo illa propositio, Deus est homo, non est omnino aquae proprieta, sicut Sortes est homo, vel Deus est humanatus, quanquam sit vera.

14 Iuxta quod est intelligendum quod in substantiis inueniatur triplex differentia nominis, scilicet abstractum, concretum, & denominativum, ut humanitas, homo, & humana. In accidentibus autem solum duplex, scilicet abstractum, ut albedo, & concretum, seu denominativum (quia in unum coincidentur ut albu). Et causa est, quia est quedam concretio naturae ad primum suppositum, ut humanitas ad hominem. Alia est concretio accidentis ad subiectum, ut albedo ad Sortes. Quam igitur natura accidentalis proprium suppositum non constituit, sed in alieno exigit subiectiuem ideo in accidentibus non est concretio ad suppositum, nisi quia concernit ipsum ut subiectum mediante vel immediatamente. Et quia concretio accidentis ad subiectum est denominativa & non essentialis, eo quod accidentis comparatur ad subiectum, ut forma accidentalis, ideo in omnibus accidentibus omnis concretus est denominativus. Substantia autem constituit proprium suppositum, nec est pars eius, immo dicit totum, propter quod inueniuntur quedam concretio ex concretione naturae, ad suppositum ut homo, quod tamen non est denominativum, quia omnis denominatio est a parte formalis, vel materiali, quantitatibus vel potentiali, nisi sit denominatio ab aliquo extrinseco. Et ideo per comparationem ad tale suppositum, cuius ratione natura dicitur abstractum non potest inueniuntur aliquod concretum, quod denominativum praedicitur de eo, unde non bene dicitur Sortes est humanatus, sed homo, dicitur tamen quod Sortes est humanus. Sed tunc humanus non sumitur in sensu denominativum ab humana natura, sed accipitur pro maledicto. Si vero talis natura inueniatur in supposito iam per alias naturas constituta, sicut natura humana est in Christo per miraculum respectu talis suppositi inueniatur in talia natura concretum denominativum. Unde bene dicitur Deus est humanatus, quia respectu talis suppositi natura habet rationem partis, & non rationem totius: ideo, ut videtur, debet praedicari solum denominativum de eo, & non essentialiter, & in quid: si volumus omnino seruare propriae locutionis, ut dicendo Deus est humanatus, & non Deus est homo, quanquam & illud sit verum, licet forte non visquequaque ita proprium, sicut illa Sortes est homo, nec scriptura, nec Doctores semper seruant omnimodam proprietatem locutionis in dictis suis.

15 Per hoc potest responderi ad rationes primae opinionis. Ad primam enim patet responsio ex iam dictis. Verum enim est quod quando plures naturae sunt in uno supposito praedicantur de se inuenientur denominativum in concreto, dummodo concretus virtus, & vel alterius sit denominativum, alias non, nisi cum aliqua improriperet.

16 Quod dicitur secundum quod homo dicit suppositum habens humanitatem, verum est, sed illud habere secundum indiferentiam realem habere ad habentem, ex quo homo dicit id quod dicit in quid: Deus autem non dicit tale suppositum, quod omnino sit ab humanitate in differenti, ideo &c.

17 Quod dicitur tertio, quod proprietates naturae humanae praedicantur de Deo, verum est denominativum, ut dicendo Deus est natus, Deus est pascus. Et eodem modo sufficit quod natura humana praedicitur de Deo denominativum, ut dicendo Deus est humanatus.

18 Ad autoritatem Aug. responsum est quod doctores non seruant semper in suis dictis omnimodam proprietatem locutionis.

19 A dictis argumentis principaliis. Ad primum dicendum quod beata virgo vere dicitur mater Christi, nec Dam. negat eam Christothocon, id est, Christi genitricem, nisi quia hoc nomen inueniuntur fuit a Nestorio, ad abolendum nomine theothocon, cum haereticis autem non debemus habere nomina communia, ut dicit Hiero, super Osee, 2. cap.

20 Ad secundum dicendum, quod si hoc nomine Deus importaret solum diuinam naturam & non suppositum nullo modo posset dici quod beata virgo esset mater Dei, sed quia importat suppositum quod cum diuinâ natura habet humanam quam a matre accepit: ideo ratione eius potest dici ex ea natus, & eius filius, & ipsa mater.

EE 5 Q. 228

Magistri Durandi de

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum gratia fuerit in Christo naturalis.

*Tho. 3. p. 7. art. 13.*

**T**ertiò queritur, vtrum gratia fuerit Christo naturalis. Et arguitur quod sic, quia illud est rei naturale, sine quo res non potest existere. Sed sine gratia unio nō Christus non existeret, quoniam Christus nominet suppositum in duabus naturis, ergo gratia unio nō est Christo naturalis.

2. Ite arguitur de gratia habituali sic, illud est naturale, quod est a principio intra. In hoc enim differt ars a natura, quod natura est principium intra. Ars est principium extra. Sed gratia habitualis est in Christo a principio intra, scilicet a Deitate; ergo ipsa est Christo naturalis.

3. IN contrarium arguitur, quia nihil supernaturale est aliquid naturalis vel cōnaturalis, quia diuiduntur ex operario, sed gratia tam unio nō quā habitualis est aliquid supernaturale, ergo neutra eorum est Christo naturalis, vel connaturalis.

4. RE SPONSIO. Questio ista facit mentionem de duplice gratia, scilicet de gratia unio nō que nihil aliud est quam ipsa unio gratia à Deo facta. Et de gratia habituali, que conuenienter ponitur esse quoddam donū supernaturale perficiens animam. Et de vtrig. gratia dicendum quod nulla est Christo naturalis, loquendo proprio. Est rāmen naturalis similitudinari per quandam adaptationem, quam quidam vocant cōnaturalis. Primum patet sic, illud est proprium naturale alicui quod sequitur ad natūram, seu ad principia naturae, & naturaliter sicut naturae est lēui ferrī sursum, & graui deorsum. Sed neutra gratia, scilicet unio nō, vel habitualis sequitur naturaliter ad alia quam naturam existentem in Christo. ergo neutra gratia est proprium Christo naturalis, maior patet, minor declaratur, quia gratia unio nō non consequitur naturaliter ad naturam humanam in Christo, eo quod in natura humana non est aliqua naturalis habitudo ad unio nō cum persona diuina, sequitur autem ad naturā diuinam, sed non naturaliter, in modo merē gratuito, seu voluntari. Similiter gratia habitualis nō sequitur naturaliter ad naturam humanam, alioquin non esset gratia, quia nihil debitus naturalibus est gratutum; sequitur autem ad naturam diuinam, sed non naturaliter, sed gratuio, quemadmodum dictum est de gratia unio nō, quare &c.

5. Secundum patet sic, illud quod in est rei a principio sua entitatis, & ab intrinseco est naturalis per similitudinem, eo quod naturalia propria dicta sequuntur principia intrinseca, & statim nisi sit aliquid prohibens, sicut dictum est de motu sursum & deorsum in levibus & gravibus, quia quādam dat generans de natura & de forma rāmen de motu ad locum, sed gratia fuit in Christo ab initio sue conceptionis, & a principio intrinseco, scilicet a natura diuina: quare, ut videtur, potest aliquippe duci naturalis, saltem similitudinari, vel connaturalis.

6. AD primum argumentum dicendum quod nō omnino illud est proprium alicui naturalis, sine quo non potest esse. Sed requiritur quod sit conueniens ad naturam, nō antecedens, & sequitur ex necessitate, & non ex liberate voluntatis: gratia autē unio nō non sequitur personam Christi, ut subsistat in duabus naturis, sed potius antecedit, vel fatet est simul, ipsa etiam ex benefacito diuino, & non necessario est concomitans, vel leguens aliquam naturam in Christo. & ideo non est proprium naturalis.

7. Ad secundum dicendum quod gratia habitualis, ista sit a principio intrinseco, non tamē sequitur ad ipsam naturaliter, sed liberē.

8. Argumentum vero in oppositū solum probat quod non est proprium naturalis propter causam assignatam.

Sententia huius distinctionis. V.

in generali & speciali.

**P**reterea inquiri oportet. Superiorus determinauit Magister, quid sit assumens, & quid assumptum. Hic vero determinat de vtrig. simul, vtrum assumens & assumptum habeant rationē naturae, an personae. Et diuiditur in tres. Primo mouet questionem. Secundō solvit ibi, haec quæstio, sive inquirendi ratio. Tertiò determinat quadam incidentes dubitationes ibi. Sed queritur vtrum diuina

Sancto Porciano

persona. Secunda istarū hęc inquisitio diuiditur in duas. Primo quæstionem determinat, quantū ad illud quod habet facultatem & manifestā veritatem. Secundō quācum ad illud quod habet difficultatē, & eit in quæstione magnum dubium: de quarto vero quæstionis hęc secunda habet duas. Primo opponit per rationem ad vtrā partem dubitationis. Secundō solvit, & solutionē confirmat ibi. Nos autem omnis mendacii, Tertia pars ibi. Sed queritur, vbi mouet quādā quæstiones circa prædictā diuiditur in duas. Primo mouet quæstiones. Primo diuiditur in duas, secundum duas quæstiones quās mouet, & solvit ibi. Si autem diuina natura. Secunda vero ibi. Ideo vero persona, in qua mouet dubitationes circa secundum dictum diuiditur in duas. Primo ostendit veritatem. Secundō arguit duplīciter in contrarium, & solvit ibi, hic autem a quibzdam. Hęc est sententia & diuīlo lectionis in generali.

2. IN speciali sit procedit. Primo queritur vtrum per sona assumperit personam, vel persona natura, vel natura naturalis, vel natura personae. & vtrum ita conuenienter posfit dici diuina natura incarnata, sicut dicitur Deus incarnatus. Et respondet q̄ in istis quest. aliquid est clarum, aliquid dubium. Clarum & certum est q̄ nec natura persona, nec persona personae, sed persona natura assumpsit; quod probat per autoritates Aug. De quarto vero quæstionis articulo, scilicet vtrum natura natura assumpsit, ponit autoritates ad vtrā partem. Et primo q̄ natura non assumpsit naturam. Et secundō in contrarium, scilicet q̄ natura assumpsit naturam. Et tertio ponit alias autoritates, que dicunt personam assumpsisse naturam, & naturam diuinam esse vnitam naturam humanam, & eam assumpsisse. Magister autem cōcordat in hanc ultimam sententiam: & confirmat eam ex verbis Damas. qui patet in libro. Tunc querit vtrum diuina natura, ex quo est carnata, debet dici caro facta, sicut dicitur incarnata. Et dicit quod non, ne per talen locutionem in intelligatur convertibilitas vnius naturae in aliam: vnde melius est talen locutionem tacere, vel negare, quam alterare. Postea querit ex quo diuina natura assumpsit naturam humanam, vtrum debet dici facta homo, sicut filius Dei dicitur factus homo. Et dicit quod non, quia filius assumpsit naturam hominis in vnitatem sue personae, sed natura diuina non assumpsit naturam humanam in vnitatem naturae. Ideo vero filius non assumpsit personam, quia caro & anima quā assumpsit, non fuerunt prius vnitae inter se ad constitutendum propriam personam, & fuerit verbo vnta. Item arguit q̄ anima cum sit rationalis naturae induit dualis substantia est persona, ergo filius Dei assumendo animam, assumpsit personam, responderet q̄ anima separata est persona, non autē coniuncta quomodo fuit assumpta. Et in hoc male dicit, quia nec separata, nec coniuncta est persona, quoniam non sit completa substantia. In fine addit plures autoritates, que dicunt q̄ filius Dei assumpsit hominem. Et sic videtur assumpsisse personam. Et responderet quod non, ne homini intelligatur natura humana, vt sit sensus, assumpsit hominem, id est, naturam humanam.

QVÆSTIO PRIMA.  
Vtrum natura diuina conueniat assumere naturam humanam.

*Tho. 3. p. 9. art. 1. &c. 2.*

**C**irca distinctionem quintam primo queritur, vtrum natura diuina conueniat assumere naturam humanam. Et viderur quod non, quia sicut se habet persona ad personam, ita natura ad naturam: sed persona diuina nō potest assumere personam humanam, quia tunc essent duas personae, & per consequens non esset assumpta, ergo natura diuina non potest assumere naturam humana.

2. Item quod conuenit natura diuina conuenit toti trinitati, sed assumere naturam humanam non est cōmune toti trinitati, sed propriam filio: ergo assumere non conuenit diuina natura.

3. IN contrarium est quod dicit Aug. de fide ad Petrum, illa natura quae semper genita manet ex parte, id est, quae est per generationem æternam accepta a patre, naturam à matre sine peccato suscepit. Ad id sunt multe auto-